



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 90119266

§. 109. Andreae de sancta Cruse Cardinalis obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

sub Cosma III. Etruriæ Regè immuni- Sæc. XVIII.
tatis Ecclesiasticæ vindex acerrimus, A. C. 1712.
& jurium Ecclesiasticorum, dignitatis-
que Apostolicæ Assertor egregius au-
diret.

§. CIX.

*Andree de Sancta Cruce Cardinalis
obitus.*

Alter ex Cardinalibus hoc anno de-
functis erat Andreas de sancta Cru-
ce patria Romanus, qui liberali edu-
catione, uti præclara ejus decebant
natalia, institutus, optimisque discipli-
nis imbutus, in Universitate Romana
Doctorali laurea donatus erat. Inter
Præsules Romanæ Curie cooptatus,
a Clemente X. Tiburitanæ civitatis Gu-
bernator, & ab Innocentio XI. Bono-
niensis Pro - Legatus ac demum ab
Alexandro VIII. sub titulo Seleuciensis
Archiepiscopi in Poloniam Nuntius
Apostolicus decernebatur, ubi præclara
sæ prudentiæ, integritatisque speci-
mina edidit. Hac legatione per sexen-
nium defunctus, Tanario ad Pur-
puram evecto, in ejus locum ad Cæsa-
rem Pontificius Legatus subrogatus est.
Arduam felici eventu provinciam admi-
nistravit, difficili præsertim tempore,
quo Cæsareus Orator Comes de Mar-
Hist. Eccles. Tom. LXVIII. Gg tiniz

Sæc. XVIII. tiniz Romæ ob quædam castra Scilicet
A. C. 1712. Apostolicæ obnoxia, atque a se Cæ-
 sari vindicata cum Papa collidebatur.
 Hanc tamen controversiam, revocata
 Comite, ad utriusque partis satisfactio-
 nem Andreas composuit, ac ipsum Im-
 peratorem Josephum cum Sponsa
 solemniter precatione conjunxit. De-
 demum decima quarta Novembris in-
 ter Presbyteros Cardinales ab Innocen-
 tio XII. adscriptus, Romam reverte-
 est, & Viterbiensi Ecclesiæ præfectus.
 Pastoralem suam vigilantiam omnibus
 probavit. Congregationibus etiam de-
 coratus fuit sacri Concilii Tridentini
 Episcoporum ac Regularium, & Sacra-
 consultationis. Interfuit in Sacris co-
 mitiis electioni Clementis XI. ubi
 regulari moderatione, ac mansuetudine
 sua tantopere omnium animos in se
 puit, ut plurimorum suffragia abso-
 luto sibi conciliasset, si provectoris fuisset
 ætatis. Dimisso demum Episco-
 patu suo Romæ tranquillam, atque
 omnibus curis remotam, & nonnisi pi-
 rum operum splendore cognitam duxit
 vitam, donec apoplexia tactus, die
 decima Maij nondum emenso quinquage-
 gesimo sexto ætatis anno animam
 Deo redderet.